



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Abjuratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

## A B B A S.

**P**rimò, utrum Abbas possit alienare aliqua bona suæ Ecclesiæ, absque consensu Sedis Apostolice, vel Episcopi loci, in quo sunt sita illa bona alienanda?

Respondeatur, quod non, Nav. conf. 5. de reb. Ecc. non alien. nisi aliter in suis privilegiis caveatur, quæd Abbates sacerulares, qui potius Commendatarii dici possunt, potest practicari doctrina Nav. quia subsunt jurisdictioni Episcopi, in cuius dicecessi sunt sitæ Abbatiae, vel eorum bona, ut patet vulgatis, capit. Abbatibus, 12. Clem. 1. de reb. Ecc. non alien. Covar. lib. 1. c. 3. var. resol. nisi consuetudo, vel exceptio aliter dicat, gl. ibi in ver. Episcopi sui.

Secundò queritur, qua mitra possunt uti Abbates?

Respondeatur, quod qui ex consuetudine, vel privilegio possunt uti mitra, possunt eam portare in præsentia Episcopi, non tamen pomposam, seu pretiosam, c. ut apostolica, de privil. lib. 6. ubi habetur, quod exempti possunt uti coram Episcopo mitra aurificata, tamen sine laminis argenteis, vel gemmis, qui vero non sunt exempti, planis, & usus obtinuit, ut utantur mitra ex tela alba, & ita vidi practicari in multis Conciliis provincialibus. Afficit. in constitutione hac leges, §. honorem, notab. 1. Abbares ad hoc ut possint exercere episcopalem jurisdictionem, & conferre ordines minores, prout in c. Abbatibus, sess. 23. fac. Conc. Trid. &

excommunicare, sufficit quod sint electi, Holt. in sum. tit. de sent. excom. §. nem. nu. 5. quia Abbates, licet consuerint consecrari, prout in Pontificiali, tamen sufficit, ut sint electi à suis monachis, ita Addit. in sum. loc. cit. litera C. & ita servatur in praxi.

Tertiò, Abbas Episcopalem jurisdictionem habens, est executor ultimorum voluntatum, Covar. in c. Ioannes, c. 1. & 2. de testam.

## ABJURATIO.

**A**N abjuratio inducat inhabilitatem ad beneficia ecclesiastica, & alia officia?

Respondeatur, quod quis potest dupliciter facere abjurationem, primò, quando abjurat pro heresi incuria confessio, probata, vel convicta, & hæc inducit inhabilitationem; secundò, quando quis abjurat pro heresi suspicione, & hæc non inducit inhabilitatem, Nav. conf. 18. de heret. & conf. 13. de prima habetur in c. 1. prima, q. 7. & c. ad abolendum, de heret. §. de herede. de secunda habetur in d. c. ad abolendum, §. qui verò cætera de abjuratione, vide plenius Sym. de Cath. inst. cap. 1. & Cast. lib. 1. cap. 24. & lib. 2. c. 2. de just. heret. punit.

## ABBA TISSA.

**P**rimò, an Abbatissa debeat esse virgo?

Respondeatur, quod sic, si vult consecrari, ita Cap. Tolos. q. 29. Arch. in cap.